

Proemium Rabani ad fratres Fuldensis  
monasterij.  
Cernite quid uoluit fratres sententia legis.  
Qui ergo mandat rite noscere verba dei.  
Aures quisquis habet hic audiat inquit aptas.  
Qui dicit sanctus spiritus ecclesiis.  
Cui psalmista pariter concordat grammate plebeum.  
In legem domini cernere rite iubens.  
Sicque nos semper oculis atque auribus est fas.  
Intentis fratres discere uerba dei.  
Quid mandet dictis, quid factis indicet ipsis.  
Quod codex geminis continet ille suis.  
Quid celebrando piis signet charissima christi.  
Sponsa sacramentis et studiis uariis.  
Namque poposcistis hec vobis reddere scriptis.  
Exhibui paruis hec tribus ipse libris.  
Quid cultura uelit gradibus quod nunciet almam.  
Quid prece quid festis sancta dei ecclesia.  
Dogmata quoque cunctis pia discere que docere.  
Condecerit ordinibus mystica dicta dei.  
Si licet hec tota non possim carpere scriptis.  
Plurima complexus hic tamen arte dedi.  
Hec ego peccator Rabanus dona tonantis,  
Vobiscum capiens nunc pia participo.  
Supplex vos posco testas per sceptrum tonantis.  
Me ut commendetis vos precibus domino.  
Quatinus ipse pius concedat dona salutis,  
Vobiscum mihi met regna beata poli.  
Christus dux vester christus rex, christus amator.  
Semp vos saluet summus in arce deus.

a iii